



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 247 [i.e. 274]. Et obstupuerunt. v. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

suis probabiliter nouerant faciendum esse. Videamus nunc quo modo sa-
cientibus quod in se erat, de conguo data est gratia venienti ad plenio-
rem cognitionem veritatis. Ingressæ igitur sine multa ratiocinatione in
monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, cooperatum stola
candida. Ista est prima gratia & dispositio ad ulterius lumen fidei inducen-
dum, nempe apparitio & præsentia Magistri erudituri, qui bene diciture.
Se iuuenis, quia officium quod gerebat in mentibus Denotarum erat ini-
tium ulterioris profectus.

Domine Iesu splendor æternæ gloriæ, valde detestor Pelagianos quis-
ne gratia tua dixerunt hominem posse obtinere vitam æternam; sed &
æquè detestor eos qui negant dispositiones ad gratiam seu præparations,
& merita de conguo. Vtrosque hæc fœminæ refutant, neque enim naturæ
viribus assequuntæ sunt resurrectionis Dominicæ veritatem, neque etiam
domi sedentibus, sed aliquid agentibus pro suo posse oblata est copiam.
Magistri.

§. 247. Et obstupuerunt. v. 5.

Quia rem inopinatam videbant, rem admirandam, viuentem in se
pulchro, iuuenem pro vita, sedentem pro iacente, stola candida fulgentem
pro inuoluto in sindone. Sanè merito obrigerunt timidæ creature, cene
mihi ipsi frigidus per ossa cucurisset sudor, arce & tæque fuissent comæ, &
vox faucibus hæsisset, hoc enim est obstupescere, & se loco monere vix
posse.

Fateor connaturale esse homini horrere apud mortuos, & in tenebris,
& si cui vere appareat aliquid quod non est naturalis occursus, at homi-
nem sibi fingere phantasmata, & spiritus à se vitios imaginari quando nihil
tale subest, & ex talibus imaginationibus tremere & expauescere est per-
quam fatuum & melancholicorum proprium: fingere autem & mentid
est plane nequam factum, & merito puniendum à magistratu, quia talibus
mendacijs non solum læditur veritas & disciplina publica, sed etiam sepe
iustitia & honor, & bonum fortunæ proximi grauiter læditur. Bonum est
huiusmodi spirituum speculatores cito coram magistratibus conueniri, &
honor suus cuique integer seruetur, etiam mortuis.

§. 275. Qui dixit illis nolite expauescere. v. 6.

Iam incipit operari Magister datus fœminis deuotis, ex Dei miseri-
cordia, & prodit se quod non sit angelus malus. nam quæ in ipsarum fœ-
minarum corde & animo erant, discrete aperit eis, nempe pauorem, ut per
hoc eas disponat ad cætera percipienda & credendum sibi. Disponit,
quia